





41

КЕЧЛОКЪ МОТОНЪ  
ГИБРАЛТАРЪ

41.





# RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.



Itæ fragilitatem & inconstantiam in homine, Creaturâ nobilissimâ, omnium temporum memoriâ, viri sapientes deplorarunt vehementer, & potissimum ii, qui ἀφάνιστοι, & luce veritatis cœlestis destituti, in horrenda & miserabili superstitione gentilitatis caligine vixerunt. Viderunt enim illi, sua quoque ætate, fati lege decretoria, promiscuè citari ad egressum ex hac vita, non lenes solum de vexæ ætatis & decrepitos, sed etiam viros corporis & animi fortitudine præstantes; imò juvenes in ipso vernantis naturæ flore constitutos, & pueros infantesque, vix dum è genitrici camera in lucem hanc ingressos. Viderunt, legem hanc, plusquam Rhadamantëam, non parcere matronis honoratis, non virginibus, ætate, formâ, pudore, cæterisque; bonæ mentis virtutibus conspicuis; non relinquere etiam, aut præterire plebejas & abjectas animas, sordidos & despectos mendicantium greges; non timere & reformidare Regum & Principum palatia, non potentiam, opes, honores, titulos; sed æquale exercere imperium in omnes. Causam verò hujus miseriæ, incertitudinis & inconstantie vitæ humanæ conjectare isti haud potuerunt; dum alii ad cœcos fortunæ impetus, & ad casum rebus imperitantem humanis, alii ad fati vim quandam abstrusam & immutabilem omnia retulerunt. Quare in lucu & squalore constituti, omni consolatione verâ, efficaci ac vivida caruerunt; & vel ad communem fortunam, societatemque; ærumnarum in hac vita confugerunt; vel id sibi persuasum habuerunt, hominem semel fati lege inevitabili abreptum & extinctum, amplius vitæ miseriis multiplicibus haud obnoxium, sed ab omnibus ærumnis cæterisque; fortunæ tormentis, quæ humana secum fert conditio, penitus jam immunem & liberum esse. Verùm Nos, quibus, immensâ Dei misericordiâ & bonitate ineffabili, lux veritatis cœlestis affulsit, non solum initia hujus miseriæ, quæ propter peccatum in universum genus humanum penetravit, satis intelligimus, sed etiam adversus intuitum mortis, utcumque; horribilem & formidolosum, Satanæque; & Averni terriculamenta omnia, præsentissimum divinæ consolationis præsidium habemus; dum certò & indubitato scimus & credimus, Mortem Christianorum non esse talem aliquam *τὴν ἀναδεδραία*, qualem sibi natura hæc fragilis & caduca somniat, sed revera *τῆς ἀθανάσιας ἀρχῆς*, & initium beatissimæ illius immortalitatis, & vitæ ac lætitiæ sempiternæ, cujus veræ participes fiunt in cœlesti paradiso omnes, qui per fidem in Christum Mediatorem constantem, eluctati fortiter, ex mortalibus hæc miseriis evaserunt. Sicut enim Caput Ecclesiæ Christianæ, ipse Redemptor & Salvator noster Jesus Christus, in morte non permansit, sed gloriosâ resurrectione sua mortem & infernum vicit, destruxit & superavit: Ita Nos, qui membra illius sumus vivida, sub imperio mortis minimè relinquemur, sed per hanc ad illam meliorem & immortalem vitam, gaudiaque; in Christo sempiterna transferemur. Atque in hanc cœlestem patriam & sempiternam vitam, cum ex ærumnosa hac lachrymarum valle, fide in Christum verâ, & gloriosissimi nominis ejus invocatione seriâ & ardenti, transierit hoc tempore honestissima virgo THEODORA, viri clarissimi & eximii. Dn. M. Johannis Friderici, utriusque; linguæ & Historiarum Profess. publ. Collegii Principum Majoris Collegiati, Academiæ Decemviri, & Scholæ Nicolaitanæ Rectoris, Collegæ nostri honorandi, filia dilectissima; par utique; est, & ferri moderatissime castissimæ virginis ex hac vita discessum; quamvis inopinatum, & ut nobis videtur præmaturum; & exemplo illius commonefieri nos omnes, ut ad similem abitum & emigrationem ex hac vita beatam, omni pietatis studio & contentione, nos etiam in hac mortalitate præparemus. Quod verò nostrarum hoc loco & tempore partium est, quodque; omnino fieri decet in honorem piè denatæ Parentum honoratissimorum, id paucis effectum dabimus; commemoraturi strictim ea, quæ ad vitam *τῆς μακαρίτης*, ortumque; & familiam pertinent, ut & mori hujus Academiæ laudabili satisfaciamus, & simul humanitatis hoc officio, significationem Christianæ συμπαθείας, Clarissimo Dn. Collegæ & Præceptori, uxori & liberis ejus carissimis, toti que; familiæ honoratissimæ, declaremus.

Nata est piè defuncta THEODORA FRIDERICHIA, hic Lipsiæ, anno Christi, supra millesimum, sexcentesimo, primo, Dominica Exaudi; qui fuit dies vigesimus quartus M. Maii. Patrem novit & veneratur hæc urbs & Academia; ut de re literaria & studiosa juventute præclare meritum. Matrem verò reliquit Agnetem, quæ paternam originem ex Fritschensiorum, & maternam ex Moserorum familiâ, utraq; honoratissimâ, ducit. Educata est à teneris in religioso pietatis studio, & virtutum illarum, quæ ornamento in primis sunt muliebri sexui. Verbum Dei assidue audivit in publicâ congregatione Ecclesiastica, & domi lectionibus sacris Biblicis, aliisque; pietatis exercitiis quotidie operam sedulo dedit; fructumque; inde hunc percepit eximium, ut non modò sacras novæ veterisque; Testamenti historias plerasque; calleret ad unguem; sed & dicta scripturæ præcipua, ad fidem in Christiana professione stabiendam in primis pertinentia, ex utroque; Codice firmiter impressa animo haberet. Parentibus eum honorem, quem naturæ lex & divina mandata requirunt à liberis, cum morigeratione debitâ, declaravit ab ineunte ætate; & in re domestica curandâ matri adjutrix sedula fuit; pudoris denique; ac castitatis decus, (quod summum ac preciosissimum virgini *κεφάλαιον* est,) conservare in tota vita modis omnibus unice studuit. In cæteris ita sese gessit, ut domi se continens, molesta nemini, ac, si forte honestè conversandi cum aliis se daret occasio, grata acceptaque; omnibus esset. Quod ad valetudinem illius attinet, ea jam, aliquot abhinc annis, statas quasi quasdam infirmitates secum traxit; præcipue circa hoc Quadagesimale tempus anni, quo ferè impedita fuit per invaletudinem, ut Conciones Ecclesiasticas, quæ de passione Dominica habentur, non eâ, quâ par erat, assiduitate frequentare posset. Cum igitur deinceps, meliori freta valetudine, constituisset, in eo genere sacram illam omni studio continuare ἀνεύσων, præter spem omnem rursus accidit, ut jam aliquot ab hinc hebdomadis malum id intestinum (quod ex splene. & nimia stomachi ἀρρωστία originem traxit) denuò recrudesceret; quod tamen superare diligenti cura ac diætâ omni ratione studuit; usque; ad superiorem dominicam, à Jejunii appellatam, qua magis invalescere morbus, ac gravius illam affligere cœpit. Sicut autem hæcenus piè denata, sæpè verbis piisque; cogitationibus sibi prælagire visa est beatum ex hac vita discessum: Nam & Textum sibi Concionis funebris, & Canticum sepulchrale, aliaque; id genus, jam ante annum, manu suâ in libello peculiari consignata post se reliquit: ita hoc quoque; morbi tempore ad beatam ex hæc terrenis ærumnis ἀνδύων paratissimam sese esse ostendit. Eoque; sine die abhinc quarto, ingravescente sensim morbo, ad cœlestem hoc iter, salutari viatico sacratissimi corporis & sanguinis Christi se præparavit; parentibus pro fidei educatione gratias egit; sorores superstites cum fratre, ad pietatem, obedientiam, reverentiamque; erga parentes seriò adhortata est; denique; his ipsis & reliquis domesticis, pia divinæ benedictionis appreciatione, valedixit, seque; totam deinde ad Dei clementiam & misericordiam, Christi Redemptoris sui inexhaustum meritum, devoto pectore convertit. Cumque; ex angoribus, quibus ferè conflictari caro humana, sub animæ divortium à corpore, consuevit, Dei auxilio piè eluctata esset, tandem inter astantium preces ad Deum ardentes, Spiritum Redemptori suo placidissime reddidit; die nimirum ab hinc tertio, hora V. matutina; qua ipsa hora in hanc vitam erat ingressa, anno supra memorato sexcentesimo primo, M. Majo. Anima piè demortuæ virginis jam est ἐν δόξῃ; corpus verò exanime, hodiè horâ I. pomeridianâ terræ mandabitur in templo Paulino. Quo tempore ut frequentiores accedant cives Academici, & Nobiscum in funus prodeant, officij ratione volumus & seriò mandamus. Erit hoc officium pietatis plenum, & Ordine nostro Academico maxime dignum; sine dubio etiam piè denatæ parentibus & toti honoratissimæ familiæ gratissimum. P. P. secundo die M. Martij, Anno Christi M. DC. XXVI.

L I P S I Æ, E X C U D E B A T F R I D E R I C U S L A N C K I S C H.











# RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.



**N** Principum palatia, non  
nis & inconstantia v  
alii ad fati vim quand  
ac vivida caruerunt;  
nem semel fati lege in  
fortuna tormentis, c  
& bonitate ineffabili  
travit, satis intelligim  
praesentissimum divinae comorations praedium habemus; cum certo & inauditum credimus, Mortem Christianorum non esetalem  
aliquam *καταληξιας*, qualem sibi natura haec fragilis & caduca somniat, sed revera *της ελευθερίας δεχθη*, & initium beatissimae illius immortalitatis, & vi  
tae ac laetitiae sempiternae, cujus verae participes fiunt in caelesti paradiso omnes, qui per fidem in *Christum Mediatorem* constantem, eluctati forti  
ter, ex mortalibus huiusce miseriis evaserunt. Sicut enim *Caput Ecclesiae Christianae*, ipse *Redemptor & Salvator noster Jesus Christus*, in morte non  
permanfit, sed gloriosam resurrectione sua mortem & infernum vicit, destruxit & superavit: Ita Nos, qui membra illius sumus vivida, sub imperio  
mortis minimè relinquemur, sed per hanc ad illam meliorem & immortalem vitam, gaudiaq; in CHRISTO sempiterna transferemur. Atq; in  
hanc caelestem patriam & sempiternam vitam, cum ex ærumnosa hac lachrymarum valle, fide in *Christum* verâ, & gloriosissimi nominis ejus in  
vocatione seriâ & ardenti, transierit hoc tempore honestissima virgo *THEODORA*, viri clarissimi & eximii *Dn. M. Jobannis Friderici*, utriusq;  
linguae & Historiarum *Profess. publ.* Collegii Principum Majoris *Collegiati*, Academiae *Decemviri*, & Scholae Nicolaitanae *ReÆtoris*, Collegae no  
stri honorandi, filia dilectissima; par utiq; est, & ferri moderatius lectissima virginis ex hac vita discessum; quamvis inopinatum, & ut nobis vide  
tur praematurum; & exemplo illius commone fieri nos omnes, ut ad similem abitum & emigrationem ex hac vita beatam, omni pietatis studio  
& contentione, nos etiam in hac mortalitate praeparemus. Quod verò nostrarum hoc loco & tempore partium est, quodq; omnino fieri decet in  
honorem piè denatae Parentum honoratissimorū, id paucis effectum dabimus; commemoraturi sicut officio, quae ad vitam *της μακαριότητος*, ortumq;  
& familiam pertinent, ut & mori hujus Academiae laudabili satisfaciamus; & simul humanitatis hoc officio, significacionem Christianae *ευμπαθείας*,  
& Clarissimo Dn. Collegae & Praeceptoris, uxori & liberis ejus carissimis, totiq; familiae honoratissimae, declaremus.

Ita fragilitatem & inconstantiam in homine, Creaturâ nobilissimâ, omnium temporum memoriâ, viri sapientes deplorarunt vehementer, & potissimum ii, qui *αφ' αριστον*, & luce veritatis caelestis destituti, in horrenda & miserabili superstitione caligine vixerunt. Viderunt enim illi, sua quoq; aetate, fati lege decretoria, promiscuè citari ad egressum ex hac vita, non lenes solum de vix & decrepitos, sed etiam viros corpore & animi fortitudine praestantes; imò juvenes in ipso vernantis naturae flore constitutos, & pueros infantesq; vix dum è genitali camera in lucem hanc ingressos.

Viderunt. legem hanc. plusquam Rhadamantus, non parere matronis non relinquere etiam, aut reformidare Regum & regis miseriae, incertitudinis imperitantem humanis, consolatione verâ, efficaciam habuerunt, hominibus ærumnis caeterisq; mensâ Dei misericordiam genus humanum penitentiis terculamenta omnia, Christianorum non esetalem Mortem beatissimae illius immortalitatis, & initium *της ελευθερίας δεχθη*, & initium beatissimae illius immortalitatis, & vitae ac laetitiae sempiternae, cujus verae participes fiunt in caelesti paradiso omnes, qui per fidem in *Christum Mediatorem* constantem, eluctati fortiter, ex mortalibus huiusce miseriis evaserunt. Sicut enim *Caput Ecclesiae Christianae*, ipse *Redemptor & Salvator noster Jesus Christus*, in morte non permanfit, sed gloriosam resurrectione sua mortem & infernum vicit, destruxit & superavit: Ita Nos, qui membra illius sumus vivida, sub imperio mortis minimè relinquemur, sed per hanc ad illam meliorem & immortalem vitam, gaudiaq; in CHRISTO sempiterna transferemur. Atq; in hanc caelestem patriam & sempiternam vitam, cum ex ærumnosa hac lachrymarum valle, fide in *Christum* verâ, & gloriosissimi nominis ejus invocatione seriâ & ardenti, transierit hoc tempore honestissima virgo *THEODORA*, viri clarissimi & eximii *Dn. M. Jobannis Friderici*, utriusq; linguae & Historiarum *Profess. publ.* Collegii Principum Majoris *Collegiati*, Academiae *Decemviri*, & Scholae Nicolaitanae *ReÆtoris*, Collegae nostri honorandi, filia dilectissima; par utiq; est, & ferri moderatius lectissima virginis ex hac vita discessum; quamvis inopinatum, & ut nobis videtur praematurum; & exemplo illius commone fieri nos omnes, ut ad similem abitum & emigrationem ex hac vita beatam, omni pietatis studio & contentione, nos etiam in hac mortalitate praeparemus. Quod verò nostrarum hoc loco & tempore partium est, quodq; omnino fieri decet in honorem piè denatae Parentum honoratissimorū, id paucis effectum dabimus; commemoraturi sicut officio, quae ad vitam *της μακαριότητος*, ortumq; & familiam pertinent, ut & mori hujus Academiae laudabili satisfaciamus; & simul humanitatis hoc officio, significacionem Christianae *ευμπαθείας*, & Clarissimo Dn. Collegae & Praeceptoris, uxori & liberis ejus carissimis, totiq; familiae honoratissimae, declaremus.

Nata est piè defuncta *THEODORA FRIDERICHA*, hic Lipsiae, anno Christi, supra millesimum, sexcentesimo, primo, Dominica Exaudi; qui fuit dies vigesimus quartus M. Maii. Patrem novit & veneratur haec urbs & Academia; ut de re literaria & studiosa juventute praclare meritum. Matrem verò reliquit *Agneten*, quae paternam originem ex *Fritzbansorum*, & na-